Quaestio Medica Quodlibetaria disput. exurtienda in Schol. medicorum die Iov. 12 Janu.

Clariss. viro S. Bourgoin Doct. medico moderatore sapientiss.

An Natura aetatum decursu mutabilis?

Corpus omne quod ex Elementis constat in perpetuas mutationes obnoxium esse, sic tandem tractatum consumitur cum nihil oriatur quod non intereat, nihil augeatur quod non decrescat, nihil sub luna sit sempiternum praeter hominis mentem quae sola venit extrinsecus. Mutationem hanc primorum corporum contrarietate, quae sine pari virtute ad mixtionem conferuntur, mutuis tamen dissidiis se se corpusque conficiunt, ut et caloris conditio naturalis qui hominem quidem alit, auctor et tegit, sed sui humidi depastione assiduoque triplicis substantiae fluore quem excitat corporis natura languescens. Ipse sensim commutat et dissolvit seniique et interitus inevitabilem inducit necessitatem.

Sunt hae quidem naturales et insitae causae quae tempore et aetatum decursu clam hominem immutant, alios calidiores, alios frigidiores prout sua cuique ipse temperies quae nunquam ad pondus, sed ad iustitiam neque ex humorum dominio, sed ex ortus nostri stirpe debet aestimari. Si quam alia mutationem morbosae utrinque, parentis semen undique deciduum aut materni sanguinis transfundat in prolem, ipsa naturam esse, quantumque sanitati, tantum vitae spatio detrahit. Causae vero adventitiae quae nobis genitis extrinsecus occurrunt, non tantum vitae optimum statum corrumpunt, sed etiam naturalem omnis cursum plerumque interrumpunt, ex quibus quaedam necessariae sunt et in arte cadunt, aliae non necessariae quae nec arte praevideri, nec declinari possunt.

Ab his vitae omnia vitae incommoda expectantur, ab internis tamen causae temperamentum tamen insitum sensim per iustas periodos commutantibus aetatis discrimen solet desumitur, quae non tantum numero, sed et tempore 4 humoribus et temporibus respondent. Omnium prima adolescentia est calida humida, veri analoga, et sanguinis fecunda, quae desinit quo tempore sistitur incrementum. Quae succedit iuventus biliosa, calore et siccitate aestati similis. Sequitur aetas consistens calore temperatior, secunda, quae desinit quo tempore sistitur incrementum. Quae succedit iuventus biliosa ... Postrema vitae pars senectus est via ad interitum, in qua tam partes solidae siccitate contabescunt, quam siccior in qua humor melancholicus sicut autumno dominatur. Postrema vitae pars senectus ... cavitates supra caniles, et pituitosis scatent humoribus, qui caloris imbecillitate, non secus quam hyemis frigiditate aeris ambientis cumulantur.

Neque solum temperie aetates differunt, sed etiam actionibus quae ab illa procedunt, nam pueritia quanto ortui vicinior est, tanto magis humor, et calor sequentes aetates superat, hinc pueri plurimo egent alimento, et coquendi robore iuvenibus praestant. Pubertas calori caloris ἔλαχιστον sequitur, pro quo vero reddit graviorem. Adolescentia vero temperatissima ad omnes quae voluntate suscipiuntur actiones aptissima; iuventutem calor acris reddit validam, sed fraecundam. Constans aetas viros prudentes, maturos et iudicio praestantes suggerit. Senectus est ipsa non quae τῶν ὠμογερόντων sed decrepita facultatum omnium debiles actiones habet praestitutum naturalis vitae secundum naturam habetur.

Aetatum singularum sui sunt etiam morbi congeniales, qui a natura temporis progressu odorantur. Nam pueris magna ex parte morbi iudicantur, alii intra dies 40, nonnulli intra septem menses, quidam intra annos septem, alii ipsi ad pubertatem accedentibus. Quibus in iuventute alvus humida est sed in senectute siccatur et contra pueri aliqui immunes podagra ante coitum venereis, epilepsiae omnium maxime obnoxii sunt, a qua aetatis mutatione liberantur. Morbi denique συ̃γχοποι desinunt in senecta, cum tamen destillationes, et gravedines in valde senibus non admittunt coctionem, adeoque diuturnis morbis correpti sicuti saepe vena moriuntur.

Ergo natura decursu aetatum mutabilis.

Afferebat Anthonius Quiquebeuf Parisinus. 1589.

Domini Doctores Disputaturi.

m. Joannes Haultin.
m. Sulpicius Rigault.
m. Joannes le Pelletier.
m. Jacobus Marant.
m. Petrus de la Mer.
m. Bartholomaeus Perdulcis.
m. Mauricius de la Corde.
m. Joannes Rochon.
m. Marcus Myron Consil. P. M. R.

F.M.P. BIBLIOTHÈQUE